



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1650**

§. 3. Busiris & Phalaris Ænei Tauri opifices suismet inuentis cruciati sunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](#)

cumforatum, contritis in farinæ modum carbonibus impleuit, jubet obuios quosque fistulam operculo insertam ori admouere, & canere. Quod qui conantur, tota facie maculantur. Dum enim inspirant, fuliginem vultu excipiunt è pyxide ad se reuolantem. Idem contingit injustis infamatoribus, detractoribus, delatoribus, calumniatoribus, dum enim alios, diabolo sugerente, conantur maculare, sibi ipsis grauiorem notam inurunt. Quisquis enim prudens eos audit, ex cantu nouit calumniatores. Illa igitur lingua, quæ in alios stringitur, inse ipsam, tamquam arcus prauus reuertitur. Quæ res eò miserrima est, quia bis interimitur, qui suis armis perit.

Psal. 77.

57.

## §. III.

*Busiris & Phalaris Aenei Tauri opifices suis  
met inuentis cruciauerunt.*

Quid.lib.  
de art.

Dicitur Aegyptus caruisse juvantibus arid  
Imbris, atq; annos sicca fuisse novem.  
Tum Thrasius Busirin adit, monstratq; piari  
Hospitis effuso sanguine posse Iouem.  
Illi Busiris: fies Iouis hostia primus,  
Inquit, & Aegypto tu dabis hospes aqua.  
Et Phalaris tauro violenti membra Perilli,  
Torruit, infelix imbuit anchor opus.

Injustus

*Iustus uterq; fuit. Neq; enim lex justior  
ulla est,*

*Quam necis artifices arte perire sua.*

Nimirum Thrasius, ieu Thrasillus, cùm ad exorandas à Ioue plouias Busirin docuisset hospites immolare, omnium ipse primus immolatus est, meritoque sacri monstrator iniqui.

*Elicuit pluuias victimæ factus aquas.*

Perillus autem in tauro æneo, quem ad torquendos alios excogitauerat, ipse quoque primus in eo ignito mugijt. Hinc illa imprecatio:

*Ære Perillæ veros imitare juuencos,*

*Ad formam tauri conueniente sono.*

Ouid. in

Ibin.

Perillum nemo laudat seniorem Phalaridis ty-  
ranno, ait Plinius: qui taurum fecit, mugitus  
hominis pollicetur igne subdito, & primus eum  
expertus cruciatum justiore sauitia. In hoc a si-  
mulachris Deum hominumq; denocauerat hu-  
manissimam artem. Ideone tot conditores eius  
elaborauerant, ut ex ea tormenta fierent? Itaq;  
una de causa seruantur opera eius, ut quisquis  
illa videat, oderit manus; dicatque, eum ju-  
re suo tormento perisse, quod conflauit, ut  
eo alios perderet.

Plin. lib:

34. nat.

hist. c. 8.

*Sic opifex tanitorumq; repertor,* Claudi.

D 3

*Qui*

lib. i. in  
Europ.

*Qui funesta novo fabricauerat æra dolori,  
Primus inexpertum Siculo cogente tyranno,  
Sensit opus, docuitq; suum mugire juencū.  
Quin & ipse quoque postea tyrannus Pha-  
laris, eidem tauro inclusus, & in cinerem  
redactus est. Quod supplicium inimico iti-  
dem suo Poeta imprecatur :*

*Vtq; ferox Phalaris, lingua prius ense re-  
secta,*

*More bonis Paphio clausus in are gemau-*

#### §. IV.

*Aruntius, Pygmalion, Sciron, ipsi malum, quo  
alijs dederunt, passi.*

Aristides, apud Plutarchum author est, Ægestam Siciliæ oppidum fuisse, in quo principem locum tenebat Æmylius Censo-  
rinus, qui noui tormenti inuentores mu-  
neribus cumulabat. Cui cùm Aruntius Pa-  
terculus equum ex ære factum ad fontes  
perimendos excogitasset, eiusdem jussu pri-  
mus eò coniectus est, & ibidem vstulatus,  
Æmylio ingeniosus, sibi damnosus. Idem  
quod Thrasillo contigit, euenit Pygmalioni;  
qui quòd docuisset, Deorum aras hospitum  
sanguine irrigandas; eas ipse quoq; suo cru-  
ore coactus est foedare :

Frater